



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De episcopis vt singulis annis parochiam suam circueant. lxxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*Ex decre.* **S**i quis episcopus fuerit persequutus in sua Ecclesia, *Calist. pa* giendum illi est ad alteram, eiique sociandum, dicen-  
*pæ episco* te domino: Si persequuti vos fuerint in vna ciuitate, fu-  
*pis per* gite in aliā. Si autem vtilitatis causa fuerit mutandum,  
*Gallia cō* non per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auto-  
*stitutus* tate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed  
*missis.* vtilitatis.

*cap. 15.* *De episcopo qui principalem cathedralm suæ Eccle-*  
*siae negligit.* *Cap. LXXXI.*

*Ex cōcul.* **V**T non liceat episcopo principalem cathedralm suæ  
*Rotoma.* parochiæ negligere, & aliam Ecclesiam in sua diœ-  
*cap. 16.* cesi magis frequentare.

*De episcopis qui sedes suas negligunt, & in possessionibus*  
*suis longe positis diu morantur.* *Cap. LXXXII.*

*Ex cōcul.* **O**sius episcopus dixit: *Quia nihil prætermitti oportet,* sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui nō  
*Sardicēsi.* *cap. 15.* in ea ciuitate resident, in qua videntur episcopi esse con-  
stituti, vel certè parvam rem illic habeant: alibi autem  
idonea prædia habere noscuntur, vel affectionem prox-  
imorum quibus indulgeant. Haec tenus permitti eis oportet, vt accedant ad possessiones suas, & disponant vel or-  
dinent fructum laboris sui, vt post quatuor dies domini-  
cos, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in  
suis potius fundis morentur, aut si est proxima ciuitas in  
qua est presbyter, ne sine Ecclesia videantur facere diem  
dominicū, illuc accedant, vt neque res domesticæ per  
absentiam eorum detrimentum sustineant, & non fre-  
quenter veniendo ad ciuitatem in qua episcopus mora-  
tur suspicionem iactantiæ & ambitionis euadant. Vni-  
uersi dixerunt placere sibi.

*Vi episcopus singulis annis parochiam suam*  
*circumeat.* *Cap. LXXXIII.*

*Ex cōcil.* **V**T singulis annis vnuſquisque episcopus parochiam  
*Spalensi.* suam circumeat, populumque confirmet ac doceat,  
*cap. 4.* & ea quæ vitanda sunt prohibeat, & ea quæ agenda sunt,  
vtiliter agere suadeat.

*De episcopis qui raro aut nunquam per seipso ple-*  
*bes sibi commissas visitant.* *LXXXIII.*

*Ex cōcil.* **V**T episcopi qui plebes sibi creditas, aut raro, aut nū-  
*Meldēsi.* quam per seipso visitant iuxta ordinem euangeli-